



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

20 De meri & misti imperii, iusridictionis delegatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

ventionem licitam esse censet modo dignis & idoneis ca-
 sas, & co pretio quo exactiones iniquae vitentur. Probat Bal-
 l. Baratus. col. 2. l. 1. de offic. prator. Benedict. in c. Raynuius, verb. duas
 habem. fil. d. num. 53. Soto de iustitia & iure. lib. 3. q. 6. art. 4. Nauar. in
 manual. l. 15. vers. 8. idem Nauar. in extrauag. Gregor. XIII. de datus
 & promiss. num. 43. Leges etenim huius Regni de priuatis tra-
 ctantur, his huiusmodi venditiones interdicit: conueni-
 tia tamen cum illis agitur, ita vt hic promissum ceteri pos-
 sit, modo id fiat salua semper Regiae potestatis auctoritate.
 De his tamen militibus & militis agimus, quae vel officia
 vel ministeria publica sunt, & a Principe, vel eius auctori-
 tate profertur, & cohaerent personis his, quibus dantur,
 & earum morte finiantur, & ad ius Principis vacatione re-
 deunt. Quae quidem vacatio a Iustiniano casus militiae di-
 cetur, in nouell. 35. quae est de exhiben. reis. §. si vero semel. vers. primum
 nouell. apud Iulianum nouell. 47. c. 5. & apud eundem nouell. 40.
 cap. 4. alias 97. quae extat tit. de aequal. dot. §. his consequens. vers. quia ve-
 ra. Sic plane militiae casus doctissimus Accursius intellexit
 rat. in d. vers. quia verbo pertinente, & in dicto vers. 1. verb. eo casu. Idem
 scripsit Alber. in dictione. verb. casus. dum asserit in iure verbum
 casus, amissionem significare. Idem Accurs. in auth. de non alie-
 nand. §. quomodo vero cognouimus. vers. casus. nam & ibi Graecae
 nouellae verba *επιμαχίας εν τω τοιοῦτο*, vetus interpres pretiorum Ca-
 sum translulit, sicut in d. vers. Quia vero quae Graecae *επιμαχίας*
 scripta sunt, idem vetus interpres casu prouenien-
 te translulit. Sed & in Auth. de sup. §. miores. nouell. 22. Graecae
 scripta *επιμαχίας εν τω τοιοῦτο*, latine idem interpres reddidit,
 quae ab eo data sunt, nempe dotis, aut propter nuptias dona-
 tionis casum: Quo in loco rursus idem Accursius casum
 amissionem interpretatur. Et quamuis Lelius Taurinus de
 militibus, ex casu aliter senserit: sic casum militiae intellexit
 Conan. lib. 4. c. 15. Ludouic. Charond. lib. 1. vers. similitum. cap. 14. &
 Anton. August. in l. Iuliani nouellarum epitomen. verb. cadere. Nam he
 militiae ita ex eorum, qui ipsas habent, pendere regulariter
 videntur, vt si casus, vel mortis, vel alicuius infortunii ac-
 cidat, qui liberam disponendi facultatem renunciatione a-
 hiove modo competentem auferat, ad Principis nutum re-
 deant, & velut caduca censeantur: Graecae siquidem nouel-
 lae, non appellauit militiae quaedam ex casu, neque ex ea no-
 tati potell ita appellatas fuisse. Sed de militiae tractat, quid
 agendum sit, quoties qui dicitur casus acciderit: vt iur
 Graecus auctor hoc dicendi modo, quasi coacta dictionis
 latinae mentione. Et quamuis ex Iuliani nouella 47. cap. 5. Cuiac.
 in nouell. 35. & 53. & l. 3. §. si quid minori. ff. de minorib. existimauit
 casum militiae dici id, quod pro militia iam caduca, haeredi-
 bus aut filiis defuncti militis ex placito scholae militarium,
 vel beneficio Principis dabatur. Et hoc ipsum Petro Pythego
 placuerit in epitome Iuliani, dictione casus. Quibus suffragari vi-
 detur. l. vlti. c. de pignor. l. omnimodo §. imputari. c. de inoffic. testam. l. si
 quis in sacris, c. de proximis. sac. serm. lib. 12. existimo tamen doctis-
 simum Cuiacium non discessurum ab ea interpretatione,
 quam ex Accursio tradidimus, ex eo prelestum, quod is ipse
 in l. de domes. & pignori. pares fecerit militiae & dotis
 casus, ex Auth. de aequal. dot. vers. quia vero, paulo ante a nobis citato.
 Quae vero militiae Palatinae, aut muna, aut publica officia
 potuerint olim iure Caesareo vendi, aut pignori dari, ex
 multis Caesarum & Iuriconsultorum responsis, tradidere
 praeter ordinarios iuris interpretes late Conan. d. c. 15. Cha-
 randas nu. 14. Balduin. in ad. de pignori. cap. 12. & Cuiac. in nouell.
 35. Ex quibus multa poterit lector in huius Regni publica
 munera inducere.]

CAPVT XX.


De meri & misti Imperii, ac iurisdictionis delegatione.

SVMARIA.

1. Causa meri & misti imperii, an iure Pontificio possint delegari?
2. De delegatione causarum criminalium quae ad merum imperium perti-
 nent: & ibidem intellectus capitul. in archiepiscopatu. de raptoribus.
3. Intellectus cap. quod sedem ff. de offic. ordm. & c. aqua. de consecrat. ecclsi.
4. Episcopi & vicarii Praetores, vicarios constituere possunt ad ciuilia & cri-
 minalia negotia.
5. Intellectus c. vlti. de offic. ordm.
6. Voluntaria iuris dictio, an delegari valeat?
7. Vicarius Episcopi, an possit conferre beneficia ecclesiastica ex generali com-
 missioni.

8. Iurisdictione voluntaria an possit extra territorium exerceri? Et inibi intellect.
9. Episcopi Roma habitantes non possunt in eadem vrbe beneficia ecclesiastica
 conferre.
10. Delegatus ad ea, quae principi reueruata sunt, non potest subdelegare. num. 53.
11. Delegatus legatus Cardinalis a latere Romani Pontificis designatus, non potest
 subdelegare.

In iurisdictionis delegade tractatu plura tradi solent, que
 summa contentione difficilem examinatione, ad disce-
 ptationem habent. e quibus ad quarundam decisionum faci-
 liorem intellectum aliquot compendio quodam attinga,
 que iuris Pontificii constitutionibus maxime continere
 videntur: quibus praemittendū est, quonam modo distin-
 guantur ea, quae sunt meri imperii ab his, quae misti esse ce-
 lentur: & rursus quod discrimen sit inter hec, & ea quae sunt
 simplicis iurisdictionis: qua in re non admodum conten-
 tiosus ero, etiam si videam satis dubios, & difficiles esse Bar-
 tol. definitiones: quia he frequentiori interpretum calculo
 receptae haecenus fuere in l. imperium. ff. de iurisdic. omnium
 iud. & in cap. quod sedē. de offic. ord. quo in loco And. Alciat. 5. Not.
 post alios, quorum ipse meminit Paulus a Monte Pico, &
 Iuniores quidam, praesertim Longouallius in dicta l. imperium,
 communes definitiones reprobare validis rationibus con-
 tantur vere contententes, merum imperium, item mistū,
 & iurisdictionem simplicem a Iuriconsulto congrue distin-
 gunt in d. l. imperium. cui addenda est Regia l. 18. tit. 4. part. 3. Ho-
 rum sane controuersam disputationem missam facimus,
 illud tantum tractaturi, an sit in hac materia inter ius Pon-
 tificium & Caesareum aliquod discrimen. Nam etia si cōcedamus
 ea quae sunt misti imperii minime esse delegabilia,
 quod validissimis Iuriconsultorum auctoritatibus euertere
 contendunt Fulg. in l. 1. ff. de offic. eius cui est mandata iurisdic.
 Alciat. in d. cap. quod sedem. num. 69. Longouallius in d. l. imperium,
 foli. 65. §. venio ad tertium articulum. communem improbant
 sententiam, quia iam diu obtentum est, non tantum ea, quae
 meri sunt imperii esse indelegabilia. d. l. 1. in princ. nemo potest
 gladii. ff. de regul. iur. l. soler. ff. de offic. procons. & legat. in quo nulla fe-
 re est controuersia: sed & ea, quae sunt misti imperii: idque
 ex eadem prima, adnotatum est, & a Doctor. ibi aduersus
 Fulgōsum aliis rationibus, & responsis maximo conatu
 defensum: attamen id verum est iure Caesareo: siquidem iure
 Canonico causae meri & misti imperii delegari possunt:
 vnde Archiepiscopi, Episcopi, & alii iudices ecclesiastici
 merum & mistum imperium habentes, poterant illa alteri
 committere & delegare: sicut asserunt gloss. in c. in Archiepiscopatu.
 de raptoribus. gloss. in d. c. quod sedem. item gloss. in d. c. peruenit. 94.
 disticti. quorum sententiam communem esse fatentur Pa-
 normit. Imola & Alciat. nu. 76. in d. c. quod sedem. & Iuniores in
 d. l. 1. praesertim Curt. lun. num. 20. Alexand. lat. Perp. para. num.
 492. & Iacob. de Nigris colum. 13. Hinc opinioni primū suf-
 fragatur text. in d. c. in Archiepiscopatu. t. vbi inferior a principe
 & ordinarius iudex, qualis erat Rex Siciliae, causas crimina-
 les, quae ad merū imperiū pertinebāt, omnino delegauit. Sed
 profecto pluribus rationibus parū vrget ille textus. Etenim
 quamuis Rex Siciliae subditus sit Romano Pontifici, Clem. pa-
 storalis. de re iud. Rex tamen & verus Princeps est: habens ea
 omnia iura, quae principibus iurē conueniunt, & eis specia-
 li priuilegio referuntur: agnoscit etenim Romanum Pon-
 tificem iure feudi, & in recognitionem supremę potesta-
 tis ipse nihilominus omnem & integram iurisdictionem
 in regno habet, & eam exercet & exequitur: nec tenetur
 appellationem admittere a propriis eius sententiis; notat
 Bald. in tit. que sint regalia. cap. 1. in fin. colliguntur & alia, quae
 hunc intellectum manifestissime probant ex Matth. Afflicet
 quaest. 2. & 3. praefationis constitut. Neapolitan. vnde sicut ipse Sici-
 liae Rex potest alicui nobili merum imperium sibi compe-
 tens in aliqua vrbe concedere, vt id perpetuo iure feudi ha-
 beat: ita poterit & meri imperii ac misti causas delegare,
 deinde ea delegatio, cuius meminit ille tex. fieri iure potuit
 quemadmodum & inferior a Principe iudex ordinarius ex
 causa potest ea, quae sunt meri & misti imperii, delegare,
 l. 1. in princ. ff. de offic. eius. tex. in authent. de collator. §. ad hec. & in d.
 cap. quod sedem. Quae autem obsecro maior causa ad hec dele-
 ganda esse, aut contingere potest, quam quod Siciliae Rex
 minime valet ipsemet ea expedire, quae pertinent ad a-
 nimaduersionem scelerum tot negotiis alioqui ad Rei-
 publicae utilitatem impeditis: & maxime quod in d. cap. in
 Archiepiscopatu. causa illa iustissime per Regem fuit Episco-
 pis delegata, quia quodammodo ad religionem pertine-
 bat,



bat. & ideo per prelatos Ecclesiasticos poterat diligentius, & vtilius examinari & expediri. Quibus tandem fit, nullo pacto posse opinionem communem deduci ex dicta constitutione, & Romani Pontificis responso.

Secundo eidem opinioni communi ad stipulatur *tex. in c. aqua. de consecra. eccl. vel altar.* qui probat, ea quæ sunt ordinis Episcopalis, delegari posse: & tamen ea gravissima sunt, & ardua, atque ad merum vel mistum imperium pertinentia: & specialiter Episcopis ratione ordinis conceduntur, *argum. d. x. in princip. ff. de offic. eius.* Sed & huic probationi facillime occurritur: si interpretemur, hanc delegationem fieri posse iusta causa nempe ipso episcopo absente, vel impedito, quod ³ latis expressum est *in d. c. quod sedem. sic sane itidem responderetur c. suffraganeis. de elect.* Porro dices ex hac responsione consistere, sacros ordines. Episcoporum consecrationes à delegatis episcopis ministratas: cum nulla fuerit deleganti iusta causa, nullos esse, neque cum effectum & vim habere, quam alioqui iure diuino & humano essent habitura: si à proprio episcopo ministrarentur: quod perquam durum est. Nam & Hostiens. quem ceteri sequuntur *in d. cap. quo sedem. indistincte tenent*, ea quæ sunt ordinis fore delegabilia, etiam si delegans nullam habeat iustam delegandi causam. Ac si rem istam exacte pensitemus, non oberunt hæc, quæ modo diximus, ei opinioni, qua probatur, non posse delegari quæ sunt ordinis, nisi delegatio ex iusta causa fiat cum et si Episcopus delegatus ea expedierit, & gesserit, eam vim ab eo gesta habebunt, quam habuissent, si absque delegatione forent expedita. Non me latet Hostiensis sententiam frequentiori Doctorum calculo receptam esse, & posse defendi etiam refragante Alciato, speciali quadam ratione: siquidem ea, quæ sunt ordinis, delegari non possunt nisi alteri Episcopo, qui & ordinis potestatem absque vlla delegatione habeat: cui solum deficit, non potestas ordinis, quæ sufficiens est ad eam actionem: sed licentia & permissio Episcopi proprii, illius diocesis: quia iuxta Canonicas sanctiones, inhonestum & illicitum censetur quemquam Episcopum exercere potestatem ordinis in ea diocesi, quæ sibi commissam non fuerit, & in eos, qui sibi subditi non sint. Quo fit, ut in hac specie, non sit vera, nec propria ordinis delegatio. Quamobrem in his, quæ iure diuino ad solam potestatem ordinis pertinent: et si iura Canonica ex causa punierint utentem ea potestate in aliena diocesi, & ite ipsos, quibus ministratum est, vel suspensione ordinis vel alia pena, nihilominus quod actum fuerit ex potestate ordinis, vim omnino habet. Ac in his quæ ex institutione ecclesie ordinis potestate applicantur: non solum Canones potuerunt ministros, & eos, quibus ministratum est, alia pena punire: sed & ipsosmet actus irritos facere, & habere: quod constat ex his, quæ doctissimus Alfonso à Castro diligenter scripsit *lib. 2. de iusta haret. punit. c. 22.* ita quidem mirum non erit: si iure Pontificio permissum sit etiam absque vilo iusto impedimento, ea quæ sunt ordinis alteri ordinis potestatem habenti delegari. tamen si videam, quod Roman. Pontifex *in d. c. quod sedem. causam iusti impedimenti exegerit ad hanc delegationem: eam vero ad honestatem quandam pertinere communis interpretatio censet.*

Tertio adducitur in fauorē communis sententia: *tex. in c. vet. ne cler. vel monach. in 6.* ex quo apparet, inferiorē à principe causas meri imperii posse delegare. Sed id ex eo obtinet, quod Episcopus habens merum imperium non potest illud exercere in causis, quæ sanguinis penam requirunt: impedit etenim ipse ecclesiasticus ordo.

Quarto, citantur pro communi *tex. in clem. 1. §. 1. de haret.* quo probatur, Episcopum posse causas hæresis delegare, & alteri committere. Nam, ut inibi expressum est, hæretica causæ inquisitores non possunt de ea cognoscere, nec eam tractare regulariter absque Episcopo, vel eius vicario aut delegato. Igitur delegari poterit causæ hæresis cognitio, eiusque punitio. Huic tamen authoritati respondet Felin *in d. c. cap. quod sedem.* & alii ibidem, esse speciale in causâ hæresis fauorē fidei. quod & Cardin. annotauit *in d. Clem. 1. §. 1.* nam quod Alciat. *in d. cap. quod sedem. num. 77.* admonet dicens *tex. in dicto. §. 1.* permittere Cap. vacante sede delegationem: non tamen Episcopo, qui eius vicarium generalem debet causis illis hæresis examandis præficere: non admodum conuenit, cum idem *tex. in fine* mentionem faciat delegati ipsius episcopi, & delegati, Capituli sede vacante.

Quinto, qui communem sententiam sequuntur, citant pro ea *tex. in c. licet. de offic. vicar. & in c. cum Episcopus. de offic. ardi. in dictionem civilem & criminalem exercere. His tamen respondetur, id obtinere in episcopis, qui pares censentur Proconsulibus, qui olim à Senatu Romano mittebantur ad provinciam administrationem: & hi legatis delegabant iurisdictionem, merum & mixtum imperium. *l. solum. ff. de offic. proconsul. quæ quidem responsio minime cõgruit, cum et dicta l. solum. constat manifeste disparem esse delegationem factam à proconsule eius legato, ab ea, quæ per episcopos fit, iuxta *tex. in d. cap. licet. cum legatus proconsulis ex 6. delegatione non possit causas meri imperii definire per sententiam: tamen si eas possit examinare. dicta l. solum. in princip. idem verior est responsio, quod *tex. in d. cap. licet. obtineat in officialibus, qui ab episcopis constituuntur, & hi vicarii appellantur. Nam & isti quadam conscientia, & permissione iuris exercent mandatam sibi à prælatis iurisdictionem: & ideo Episcopis tacite permissum censetur iure Canonico hos vicarios constituere: atque eis iurisdictionem demandare, ut eorum locum teneant, vicesque gerant: qua ratione dicuntur vicarii iudices ordinari, & ordinariam habere iurisdictionem. *gl. in cap. 2. de offic. vicarii. lib. 6. & in cap. Romana. in princip. in verb. generaliter. de appellat. in 6. & in cap. perleu. 3. c. dist. Felin. in rubric. de offic. delegat. num. 4. Alex. num. 17. l. l. num. 2. in rubric. de offic. eius, cui est mand. iurisd. Matth. d. Afflic. in consil. Neapol. lib. 1. rubric. 59. nu. 12. Panor. in c. de criminis, num. 12. de iudic. & idem in cap. si quis contra clericum. numer. 35. de foro compet. in resp. quorum Opinio Communis est, & profecto iure probatur, quid in contrarium scribat Alciat. in rubric. de offic. ardi. §. 5. sub eum specie, siquidem satis erit, ut vicarii habeant iurisdictionem ordinariam, quod generaliter, tacito consensu principis, legis aut reipublicæ ab Episcopis constituuntur, ut eorum vice, & loco iurisdictionem generaliter exercent. Qua ratione idem erit dicendum in iudicibus secularibus, quia apud Hispanos à rectoribus ciuitatum delegantur, & eorum Locum tenentes appellantur. Nam & hi ordinariam habent iurisdictionem, & eam exercent consensu principis, licet ab ipsis rectoribus, non à principe nominentur: habent etenim rectores ciuitatum apud nos ius istud constituendi vicarios, etiam absque vilo impedimento. Atque in hos habere ordinariam iurisdictionem etiam iure civili asserit Paul. Castren. in rubric. ff. de offic. off. & Curt. lun. in rubric. ff. de offic. eius, numero 19. contra Alexand. inibi, qui vult, vicarios istos iure civili non habere ordinariam iurisdictionem. Hæ tandem probatio communis sententia refellitur: & ea ratione verior est opinio quorundam iuris vtriusque interpretum, qui existimant, nullam esse differentiam inter ius Canonicum & civile in delegatione meri, & mixti imperii: imo probatissimi iuris esse, ita iure Canonico ea, quæ sunt meri & mixti imperii esse indelegabilia, sicuti iure civili. quam sententiam aduersus communem tenuerunt Felin. & Alciat. numer. 76. in d. cap. quod sedem. Anan. in d. cap. in Archiepiscopatu. Dec. in l. 1. eodem. 6. & ibid. Jacob. de Nigro. column. 12. ff. de offic. eius, cui est mand. iurisdictione sentit Innoc. cap. super questionum. de offic. deleg. column. 3. communis tamen sententia adeo obtinuit, ut difficillimum sit eam in prælati refelli.*****

In hac vero disputatione adhuc communi sententia ad stipulatur *tex. in cap. vltim. de offic. ardi. in hæc verba: His quibus ex officio in certis casibus competit illos absolueret, qui pro violenta manuum iniectioe incidunt in Canonice sententia promulgata, licet aliis huiusmodi absolutionem committere, cum viderint expedire. Quæ quidem constitutio probatur, ea quæ iure speciali magistratibus conceduntur à lege vel rescripto principum delegari posse. Et tamen hæc iure civili sunt indelegabilia. *tex. in d. l. ff. de offic. eius, cui est mand. iurisd. l. 1. qua & illud deducitur, meri & mixti imperii causas non posse delegari. Igitur constat ex his maximam differentiam constitui inter ius Canonicum & civile, in harum causarum delegatione: idem manifestus apparet, si præmittamus iure Pontificio latam esse excommunicationis sententiam, cuius absolutio Romano Pontifici tantum competit, in eos, qui manus iniecerunt violentas in clericos, *cap. si quis suadente. 17. questione. 4.* Quæ tamen absolutio speciali quodam iure quoadque Episcopis committitur. *cap. mulieres. c. de monialibus. cap. peruenit. & quod de his. c. vltim. de sentent. & excommunicat.* Quod si probaverimus**

mus communem sententiam, facilis erit interpretatio *d. tex. in cap. vlt. de offic. ord. cum iure Pontificis merum, & mixtum imperium delegabilia sint.* At si nullam in hoc differentia inter ius canonicum & civile admitterimus, superest ad huc difficultas: cur ea quae specialia quodam iure, & nominatim lege vel canone alicui tribuuntur, possunt delegari: & alteri committi, contra Iuriconsulti responsum in *dist. l. i. in princip. Et ut simul elegantem iuris Pontificii constitutionem, ab aliis obiectionibus tuteatur, aduersus eam item opponitur *tex. in cap. vlt. §. vlt. de offic. delegat. quo palam probatur, potestatem absoluedi vel ex communicandi alicui datam, ab eo alteri delegari non posse idem instituit ille *tex. de potestate practicandi dispensandi cum irregularibus iniungendi penitentias, hac etenim demandari alteri non possunt. vnde Doct. in l. imperium. ff. de iurisdic. omnium iudic. ex eo capite adnotatur, voluntariam iurisdictionem non posse delegari gloss. in Lab. ea parte. ff. de probat. Felin. in d. cap. quod sedem. n. 2. Bald. in l. 3. numer. 6. quando prouoc. non est necess. deinde & tertio obstat praedictae constitutioni, quod habens speciale commissio-nem a principe ad expediendum aliquid, quod sit principi reseruatum, non potest id alteri delegare, secundum Bald. in cap. vltim. de offi. deleg. ex eo, quod negotium graue & arduum sit, & ad id videatur electa industria delegari. idem notant Barb. solum. 3. in d. cap. vltim. de offic. ordin. Felin. in d. c. quod sedes colone. 2. post Anton. & Imol. ibi Alexand. in l. i. ff. de offic. eius. numero 6. & ibi Ias. numer. 28. quam opinionem sequuntur aliterentes eam esse communem Lancelot. Dec. colun. 2. & Iacob. de Nigris colun. 15. in ea. l. i. vnde habens potestatem legitimi-mandi, creandi tabellionis & dispensandi, non potest, si delegatus sit, & ex commissione principis eam potestatem habeant, delegare. Et tamen in *dist. cap. vltim. habens potestatem absoluedi ab excommunicatione: cuius absolutio Papae reseruatur, optime poterit eam alteri delegare. Quibus tandem e respectum est, ut difficultis sit interpretatio illius responsi. Et sane Bald. in *dist. cap. vltim. scribit, cum textum procedere non in iurisdictione delegata: sed in ordinaria competenti alicui ex privilegio speciali: nam hac delegari poterit, sicut & ea, quae iure ordinario & communi data est sequitur eandem Baldi adnotationem Ias. in l. a. dno Pio. i. colun. ff. de re iudic. idem in l. a. iudice. in princip. C. de iudic. Ego vero non minor, iurisdictionem ordinariam alicui datam privilegio speciali, delegari posse, sicuti & ea legatur, quae absque privilegio communi ad aliquem pertineat, ambigo tamen, quae sit ratio cur in *d. c. vlt. ea quae iure speciali, & nominatim ordinario iudici lege, vel canone tribuuntur, delegari possint, Iuriconsulto refragante in d. l. i. ideo dici potest delegationem, cuius Romanus Pontifex meminerit in d. c. vlt. factam fuisse tantum quoad quendam actum, & nudum ministerium, nempe simplicem absolutionem. Quod quidem nudum ministerium absolutionis Episcopus quoties viderit id expedire, delegare & committere poterit; quemadmodum deducitur ex ratione *tex. in c. super questionum. §. nos autem de offic. deleg. atque iuxta hanc interpretationem nihil in ea constitutione decisum est, quod Iuriconsulto in d. l. i. refragetur.*******

Secundo illud fortassis non incongrue Pontificiae responsioni aptabitur: quod ea delegatio iure permessa fuerit in favorem animae, & eius utilitatem: ne periclitetur excommunicatione ligata: vnde ad facilitatem huius seruitutis libertatem, erit item liberum prelati absolutionem hanc alteri committere. sic etenim responderunt Lancelot. Dec. colun. 2. & Curt. Iun. n. 80. in d. l. i. ff. de offic. eius. Et praeterea ius hoc absoluedi excommunicatos propter clericorum per-cussione, ego cenleo episcopis competere, & aliis prelati iure officii ordinario: & ita iure magistratus eo ipso, quod quis episcopus aut praelatus sit. Na etsi huius excommunicationis absolutio sit Romano Pontifici reseruata propter grauem iniuriam clericorum ordini illatam: nihilominus iure Pontificio statuti sunt quidam casus, in quibus iustissimis rationibus, ad republicae utilitatem, episcopis, & aliis prelati ratione officii ordinarii, non quidem specialiter ob negotii pondus, imo quia tunc non ita conuenit criminis punitionem auferri & extolli, permillum est quod Christiani absolutioem ab hac excommunicatione ministrent. Etenim quod Iuriconsultus scribit in *dist. l. i. tunc obtinet, cum propter causarum pondus, & grauitatem specialiter Ienatusconsulto, aut decreto principis negotia magistratibus committantur: quae alioqui non suberant*

eorum cognitioni, nec examini. Et ideo cause meri imperii, atque item mixti, propter eorum pondus specialiter committuntur iudicibus, nec ab eis delegari possunt: quae quidem ratio satis aliena est a responso Romani Pontificis in d. cap. vltim. cum inibi negotii qualitas efficiat facilem iuris canonici commissionem, qua prelati in absoluedis excommunicatis vtantur, & eiusdem absolutionis delegationem: quoties id visum prelati aequum fuerit. Ex quibus mihi libuit aliquot inferre ad intellectum *d. c. vlt.*

Primum, deducitur eius conciliatio cum *c. vlt. §. vltim. de offic. deleg. siquidem *tex. ille procedit in eo, qui habet potestatem absoluedi ex commissione Romani Pontificis, ex commissione, inquam, nudi ministerii: is etenim delegare nudum illud ministerium, a quo delectus fuit per Papam minime potest. At in d. c. vlt. de offic. ordin. potestas absoluedi competit ex officio ratione dignitatis, siue illi dignitati hoc tributum sit iure communi, siue privilegio. vnde sub-infertur, potestatem exercendi nudum ministerium ex officio, aut dignitate adhuc iure priuilegi alicui competentem, delegari posse. quod adnotauerunt gloss. Ioannes Andr. Imol. Panorm. & alii in d. c. vlt. de offic. ordin. Felin. in d. c. vlt. de offic. deleg. Secundo deducitur, potestatem absoluedi, & sic nudum hoc ministerium, competentem alicui ex simplici delegatione, alteri mandari non posse: *tex. in d. §. vlt. De inde & tertio, apparet iudicem delegatum, non esse nudum ministerium, sed & iurisdictionem omnia fuerit, posse absolutionem ab excommunicatione alteri delegare, gl. omnium consensu recept. in d. c. vlt. de offic. ord. quam sententiam admittunt Doct. in d. §. vlt. de offic. deleg.***

Secundo inferitur, iurisdictionem voluntariam competentem alicui ex commissione legis, senatusconsulti, aut canonis, delegari posse: quod in d. c. vlt. satis probatur: quando hac voluntaria iurisdictione non sit tanti momenti, quin per alium expediri valeat. idem colligitur ex l. apud proconsulem. ff. de manumiss. vind. quam ad hoc citat Bald. in l. 2. ff. de offic. procons. & legit. facit ad hoc *tex. in cap. 2. & 3. de offic. Archiepiscopi. & in c. §. vltim. de temporibus ordin. in 6. quibus probatur, iurisdictionem voluntariam alicui lege datam posse alteri committi. Quod si voluntaria iurisdictione a principe data sit per rescriptum, ea alteri per delegatum committi non poterit, *tex. in dist. cap. vltim. cum delegatus ad nudum tantum ministerium, non possit id alteri demandare: atque ita difficultatem istam componit, & explicat Longouallius in d. l. imperium. folio. 36. Nec quicquam oberit, quod voluntaria iurisdictione iure speciali, & privilegio quodam detur a iure alicui ratione dignitatis aut officii. Etenim ex eo quod ea potestas, dignitati vel officio perpetuo datur, iam ordinaria potius dicenda est, quam delegata. Et ideo potestatis ordinariae iura habet, & sequitur: iuxta notata per Abb. Cardin. & Felin. in ca. licet. de offic. ordin. Bart. Alexand. & Ias. in l. 3. ff. de offic. eius. cui est mand. iurisdic. Ergo iurisdictione voluntariae competens alicui, siue speciali iure, siue privilegio: modo ratione officii aut dignitatis perpetuo a canone, vel lege data sit, delegari poterit: nisi ea iurisdictione magni sit momenti. Nam ea ratione obtentum est, episcopum non posse potestatem conferendi beneficia committere alteri quam eius vicario generali. gloss. vltim. in c. statutum. de prob. in 6. & in c. deliberatione. in verb. cuiusque. de offic. deleg. eodem. lib. Oldrad. consil. 77. Cardin. in cap. cum dilectus. 2. colun. de consuetud. Abbas in cap. constitutum. num. 5. & in cap. vltim. num. 6. de concess. praben. Rota in antiquit. 288. & 327. Ioan. de Selua. in tractat. de benefic. 2. part. quaestione. 21. Et est Communis Sententia Doctor. in dist. cap. statutum. & in c. deliberatione. quod satis iuste obtinuit ex eo, quod collatio beneficiorum maximi sunt momenti, & requiratur sedulam, ac diligentissimam prelatorum examinationem & curam. eandem sententiam asseruit gloss. quam ibi Dominic. & Francisc. sequuntur in c. vltim. de officio vicarii. Quod in loco Romanus Pontifex perpendens rem hanc seriam esse, statuit Collationem beneficiorum minime ceteri commissam ab episcopo vicario, quem generalia constituit, nisi expressim eius delegatio & commissio fiat. sic nec eidem vicario, vi & ratione generalis commissionis censetur data potestas inquirendi, corrigendi aut puniendi subditorum excessus, nec priuandi quemquam ecclesiastico beneficio, officio aut administratione. cap. licet. de offic. vicar. eodem. lib. Hae siquidem grauiora sunt, & maiora, quam vt in generalem delegationem veniant. Est igitur necessaria specialis commissio ecclesiasticorum beneficiorum, nec con-**

tinetur sub generali delegatione, quæ per episcopum fit vicario totius diocesis. Hinc vero sententia non obstat text. in c. ex frequentibus de instit. Quia licet ibi expressum sit, vicarium generale posse beneficia ecclesiastica conferre: habet tamen ea constitutio varias interpretationes, ut deum vicarius conferre possit beneficia, non quidem ex generali commissione exercendi iurisdictione: sed vi & ratione specialis delegationis, secundum Dymum in regul. 1. de regul. iur. in 6. num. 14. quam interpretationem & Panorm. sentit. in d. c. ex frequentibus. Qui tamen subiungit aliam, quam Imol. & Doctor. probarunt, asseverantes illum text. tractare non de libera collatione beneficiorum: sed de institutione, quæ fit ad patronorum præsentationem: quam vicarius generalis abiq; speciali commissione ministrare, & impartiri poterit: quod etiam tenuerunt gloss. in d. c. ex frequentibus, in verb. officialium. Roma. singul. 601. gloss. in c. vlt. de offic. vicar. in 6. inibi communi omnium suffragio recepta: idem gl. in c. cum in illis. S. cum autem de preben. in 6. Sclua de beneficio. 2. part. quest. 14. eandem opinionem sequuntur dicentes eam communem esse Rochus Curt. in tract. de iure patroni in verb. competens. questione 37. & Lambert. 2. lib. de iure patron. 3. part. q. 1. artic. 5. idem eam tenet d. 2. part. q. 4. Quia & tertio poterit intelligi text. in d. c. ex frequentibus de instit. quæ non confert titulum beneficii, sed habenti iam illum, vel vicario dat auctoritatem administrandi animarum curam: iuxta text. in c. ap. 1. de Capel. mona. in 6. nam vicarius Episcopi generalis absque speciali commissione potest habenti beneficium, vel eius vicario auctoritatē hanc exercendi animarum curam impartiri, secundum Imol. & Commemem in d. c. ex frequentibus. præcedens vero intellectus adsumi potest à text. in c. ap. 1. de instit. d. l. 6. vbi constat, vacante sede episcopali transire in Capitulum, & collegium canonicorum, ius instituendi præsentatos à patronis quamuis non possit Capitulum vacante sede beneficia libera collatione conferre.

Obiter vero ex his, quæ diximus de iurisdictione voluntaria competenti alicui iure speciali, vel privilegio: ratione tamen perpetuæ dignitatis, vel officij, quibus perpetuus hoc specialiter tributum sit à lege vel canone, colligitur, quid dicendum sit de iurisdictione voluntaria competenti ex privilegio: an ea possit extra territorium exerceri? Cui questionis præmittendum est, voluntaria iurisdictione exerceri posse extra territorium, l. 2. ff. de officio procons. glossi. & Doctor. in cap. noui. de offic. legat. & in cap. penult. eodem tit. Holtens. & alij in cap. quia diuersitatem. de concess. prebend. & in cap. post electionem. eodem tit. Bald. & Alberic. in l. emancipati. ff. de option. glossi. & ibi post alios Iason in l. vltim. ff. de iurisdic. omni. iudic. vbi Hippolyt. numero 7. & Decius colum. 1. testantur, hanc sententiam communem esse. vnde apparet, episcopum posse beneficia ecclesiastica conferre existens in aliena diocesi. glossi. in d. l. c. noui. Ioannes de Sclua late in tracta. de benefie. 3. part. quest. 40. & 63. Fatentur omnes, qui præcedentem conclusionem probarunt. & Ioann. Crott. in cap. vltim. de constitut. in 6. Imo. & ipsius episcopi vicarius habens potestatem conferendi beneficia, potest ea conferre extra propria diocesi: sicut notant glossi. in cap. statutum. verb. per seipos. de prebend. in 6. Rota antiquior de offic. vicar. in 6. Dom. in c. vltim. & in cap. licet. de offic. vicar. in 6. glossi. pragmat. sanct. tit. de collat. §. & quia. in verb. vicario. Rebuffus in tractat. nominationum questione 14. num. 65. & 27. Sclua de benefie. 2. part. questione 14. colum. 3. Anton. Corset. in tractat. de excell. Regis questione 80. Nicolaus Boer. in decision. 30. vbi scribit, ita sententia iudiciali obtentum fuisse, tametsi contrarium tenuerint Bald. in d. l. 2. ff. de officio procons. Barb. in d. cap. noui. numer. 17. & Franciscus in cap. vltim. de offic. vicar. in 6. quorum opinio ex eo corrui, quod cum hæc iurisdictione voluntaria sit, & possit extra territorium exerceri: nulla potest congrua ratio constitui, nec dari, quo minus eiusdem vltus vicario episcopi etiam extra territorium sit licitus. Illud tamen est adnotatione dignum, quod si episcopus beneficium vacans alicui contulit: præferendum erit habens titulum à prælato, etiam si vicarius speciale mandatum habeat ad conferendum beneficium: secundum Calder. consil. 2. de offic. vicar. & Casarem Lamberti. de iure patron. 2. libro 3. part. questione 2. artic. 3. Ex quibus illud constat, an hæc voluntaria iurisdictione, quæ in conferendis beneficiis exercetur, possit per episcopos & prælatos intra curiam Romanam ad usum & praxim deduci: ita quidem, ut inibi commemorantes valeant beneficia: quorum collatio eis competit conferre? Et sane posse id fieri probatur ex communi

omnium sententia, quæ obtentum est iurisdictionem voluntariam exerceri posse extra territorium: atque, ita in specie, prælatos quibus competit beneficiorum collatio, posse beneficia conferre existentes in Romana curia, tenent Fracolum. 3. Preposit. in cap. qui in aliquo. colum. vltim. §. 1. dist. 1. Heron. Paul. in præd. camel. folio. 48. Rebuffus in tractat. nom. quest. 14. num. 28. Ludovic. Gomez. in reg. de non iudic. iuxta formam suppli. questio. 3. Probos in d. c. executum. numer. 9. receptum tamen est secundum eisdem in praxi, quod episcopi non possunt beneficia conferre, etiam ea quæ vacauerint extra curiam, dum ipsi presente summo Pontifice curie admittunt oportet eos ad hanc collationis actum curiam exire, idem asserit Aneas de Falcombus in tractat. referuat. quest. 1. principal. questio. 10. quo in loco citat decisionem Rotæ in aliquo. 573. quam & Paulinus addaxerat: quæ præmittit iure ipso seculata praxi hanc voluntariam iurisdictionem posse exerceri in ipsa curia Romana presente inibi summo Pontifice. Dubitat tamen ipse Aneas existans iurisdictionem voluntariam in iure posse exerceri in curia præsentate ipso principe, ex l. 2. ff. de offic. procons. omnes, inquit Iurisdictionis, proconsules statim; quam urbem ingressi fuerint, habent iurisdictionem non tamen contentiosam, se voluntariam, igitur intra urbem nec voluntariam habet. Potest virgentius adduci text. in l. vltim. eodem. tit. vbi Proconsul urbem ingressus deponit Imperium. Cuius loci auctoritate Fulgos. & Coraf. ibi adnotant, Episcopos Romæ ingressos nec sacerdotia conferre posse, ad idem facit text. in cap. nisi. de offic. legat. & in l. 4. §. si tam vicinam, de damno infecto, quo fit, ipsum Romanæ curie styrum non omnino aduerari his, quæ iure communi statuta sunt, illud profecto minime potest negari, Episcopos, Archiepiscopos, aliosque Prælatos Romanam curiam habitantes, nequaquam posse admittere resignationes simplices, nec permutationes beneficiorum ecclesiasticorum, quæ sint propria cuiusque diocesis: cum hoc in curia Romana vacare dicantur, & eorum collatio palam ad summum Pontificem pertineat. cap. 2. de preben. in 6. Ab eadem radice deducitur, quod Alberic. scripsit in l. emancipati. ff. de adop. asseverans Episcopum in aliena diocesi posse subditis conferre primam ordinis Ecclesiastici tonsuram, cui accessit Rebuffus in d. l. c. tractat. nomi. quest. 14. numero 29. Nam idem Alberic. in l. vltim. ff. de iurisdic. omni. iudic. & Panorm. in cap. ex marian. numer. 11. de sacerdot. & vlt. palli. expressim tenuerunt Episcopum non posse in aliena diocesi ordines conferre, etiam propriis subditis. Item prior Alberic. sententia obtinet in prima collatione tonsuræ: posterior vero in ministerio sacrorum ordinum, quæ conferuntur ab Episcopis celebrantibus diuina officia indutus vestibus Pontificalibus, siquidem quamuis Episcopus in aliena diocesi iure valeat sacra missarum solennia vestibus Pontificis celebrare, gl. in Clem. 8. in verb. etiam celebrare. & ibi Cardin. de priu. Abb. in cap. 1. col. 2. in re. pend. idem in c. antiqua. in fin. de priu. Hostien. in cap. vlt. de auctor. & vlt. palli. gl. in pragmat. sanct. tit. de spectaculis in ecclesiis non edendis. in verb. benedictum: nequaquam tamen poterit simul & vestibus Pontificis celebrare, & sacros ordines etiam subditis conferre absque diocesani licentia, sicut visum est gl. in c. Clement. 8. Anton. & Panorm. in c. ex curiam. numer. 11. & in d. c. vltim. de auct. & vlt. palli.

Ceterum, ut questionem propositam absolnamus, quibusdam placet prænotatam conclusionem verè esse in voluntaria iurisdictione competente iure communi & ordinario, & ita esse in voluntaria iurisdictione, quæ quidem competit iure speciali, vel privilegio, ut tandem hæc nemò vti valeat extra territorium, secundum Roman. in singul. 81. & Curt. lumar. in dicta l. vltim. colum. 1. ff. de iurisdic. omni. iudic. quæ sententiam Roman. adnotant ex cap. statum. de prebend. in 6. quo decisum est, ecclesiastica beneficia, quæ Romani Pontificis collationi, ex eo quod in curia vacauerant, referuata sunt, posse post mensem à die vacauerint numerandam, si à Romano Pontifice collata non fuerint, per episcopos ipsos intra propria diocesi decem egregie placent, quæ Ludovic. Romanus, vir quidem non vulgaris eruditio in illo singularum conclusionum opere adnotauit, ita sane visum est, quandoque eundem auctorem aliter qua Iuriconsultis, & Romanis Pontificibus, dum nimis prope festinaret, imposuisse, quæ omnino aliena sunt

Legislatorum iudicio, & sensu: atque ita in praesentiarum ei
comparat, quod suspicor, quippe qui censuram eius adnotationem
minime Probari. in dict. cap. statutum. & deinde falsam fore:
quod palam erit, si observemus, Episcopum iure ordinario
collatorem esse omnium beneficiorum, quae sunt propriae
diocesis: glossa. & omnes in cap. quamquam. in verb. secum de elec. in
6. articulo in cap. cum venerabilis de excep. l. 1. tit. 16. part. 1. Secunda do-
ct. late 2. part. de benef. quass. l. 1. q. 22. optimus text. in c. noni. &
cap. quanto de his qui sunt a prelat. Hac vero ordinaria episcopo-
rum potestas per reservationes Romanorum Pontificum
vel Canonum tollitur, & interim dum viget earum vis sus-
penditur, sicuti iure manifestum est. Quibus ad amissum co-
municatis, apparet in d. c. statutum. non probari Romani co-
clutionem. Quia in ea constitutione statutum est, beneficia va-
cantia in curia post alienam conferri posse a prelati in pro-
pria quidem diocesi, non in aliena: non ea ratione, quod
iurisdictione voluntaria in hac specie competat iure speciali,
& privilegio: sed ad evitandas fraudes quibus prelati ve-
bantur, constituentes procuratores, qui statim clasplo mese
in curia, vel loco proximo eadem beneficia conferrent, &
Romanorum Pontificum collationes praevenerent: quod
admodum glossa. Communiter recepta in dicto c. statutum. in verb.
per se ipsi. evidenter adnotavit. Et praeterea licet in specie d.
cap. statutum. collatio beneficiorum competat prelati iure
speciali & privilegio: potius foret privilegium id ad exten-
dendum, quam restringendum, quippe quod episcopis iure
eis antiquitus competente donaret. glossa. in d. cap. statutum. in
verb. numerandum. Praeterea, quod, ut tertiam rationem con-
stitutimus, non competit eo casu episcopis collatio benefi-
ciorum iure speciali, nec privilegio: sed iure communi &
ordinario cessante, & extincta reservatione per lapsum
mensis, ut in eo capite aperitissime probatur. Quarto, idem
textus iuxta communem interpretationem probat contraria
conclusionem: siquidem secundum omnes speciale inibi sta-
tutum in beneficiis vacantibus in curia, quod ea non possit
episcopus conferre extra propriam diocesim: consequitur
ergo in aliis casibus ius commune permittere episcopis
collationem beneficiorum intra alienam diocesim: modo
ea ad ipsos pertineat. Deinde & quinto, si Romani opinio
vera esset, Archidiaconi, Abbates, & similes prelati non
possent conferre beneficia extra territorium: cum eis com-
petat collatio iure speciali: quod falsum & absurdum est:
praeterea quod hi territorium non habeant. Ultimo,
Romani sententia maxime falsa foret casu, quo episcopis
& dignitatibus iure communi competeret collatio benefi-
ciorum ratione privilegii dati ab ipsometur perpetuo
ipsi dignitati: quia tunc ea collatio iam ordinaria est, &
ratione dignitatis, vel officii competit. Quamobrem id
habet peculiare, ac omnino minime sequatur conditio-
nem eius iurisdictionis, quae speciali hominis privile-
gio persona datur: quod in d. cap. ult. de offic. ordina. pro-
batur.

Tertio, principaliter apparet ex hac resolutione, Baldi
sententiam, qua probare conati sumus habentem potestatem
delegatam a principe ad exercendum ea, quae prin-
cipi specialiter sunt reservata, nequaquam eam alteri pos-
set committere, procedere in eo, cui haec potestas a prin-
cipe data sit: nam is eam alteri delegare nequit, etiam quo ad
quandam, & certam specialem subdelegationem, secundum
omnes tamen Decii in cap. 5. colum. 3. de offic. delegat. Praeposit. in
cap. 7. venerabilis qui stili sunt legit. §. quod autem. colum. 37. & Mar-
tin. Laud. in repet. l. 1. ff. de offic. eius, cui est mandat. iurisdictionis. asseve-
rent, subdelegationem in hac specie fieri posse ad certam
legitimationem, vel dispensationem: licet generalis sub-
delegatio fieri non possit. At si ex officio, aut dignitate ha-
beat quis ius exercendi ea, quae principi supremo iure sunt
reservata: quamvis id contigerit causa privilegii dati
eidem dignitati: tunc existimo eam potestatem delegari
optimo iure posse. Et id deducitur a definitione textus in
dicto cap. ult. de offic. ordina. cum ista potestas iam ordinata sit
ex eo, quod ratione dignitatis competat perpetua ipsi, qui
eam dignitatem obtinuit, eiusque in eadem legitimis suc-
cessoribus: atque ita est intelligenda responsio text. in dicto
cap. ult. de offic. ordina.

Supereit modo & hoc in loco, cum de delegatione causa-
rum tractemus, duo componere Romanorum Pontificum re-
sponsa, quae maxime contraria videntur: nempe text. in c. cum
Bertholdus de re iudic. & in cap. cum causam de appella. Horum prius

admittit subdelegationem eius, qui delegatus est ab infe-
riori ordinario, vel delegato iudice, qui quidem princeps
non sit: potestis autem eam subdelegationem palam im-
probat, statuens regulam iuris, quae obventum est, delegatum
inferioris a principe non posse subdelegare, idem expres-
sim probat Regal. 19. tit. 4. par. 3. notatur in l. a. iudic. & in c. super
questionum §. si vero. de offic. delegat. Et sane receptum est, etiam
post huc contestationem delegatum inferioris a principe
non posse subdelegare glossa. in d. cap. cum causam. quam Doct.
ibi approbant omnium fere consensu, & in dicto §. si vero. lal.
post alios in dicta l. a. iudic. Socinus in l. 1. ff. quibus & a quo appellan-
dum sit. colum. 3. qua tandem supposita conclusione. quidam
responderunt text. in d. cap. cum Bertholdus. procedere in dele-
gato legati Romani Pontificis: is etenim propter auctori-
tatem dignitatis subdelegare poterit ad exemplum legati
proconsulis, qui subdelegare potest. l. delegat. ff. de offic. pro-
consul. vbi iuriconsultus scribit legatum proconsulis iudice
dare potest: etenim affirmative legendus est is locus: quo
glossa. ibidem innuit: atque ita absq. negatione legi in Pan-
dectis Floren. affirmant Angel. Polit. libro Miscel. cap. 78. Bud.
Coral. Egoimar. in dicta l. a. iudic. Anton August. lib. 1. c. 23.
Nebriffentis in Lex. iur. civilis in verbo, non & id palam apparet
ex l. cum praetor. §. in quoque. ff. de iudic. is quoque, inquit Paulus,
cui est mandata iurisdictione iudicem dare potest, ut sunt le-
gati proconsulium. Idcirco parem constituentes legatum le-
gati Romani Pontificis legato proconsulis existimant, cum
posse subdelegare, Bald. in l. a. iudic. C. de iudic. Angel. in d. l.
cum praetor. §. 1. Panorm. in c. cum Bertholdus. numer. 22. quorum O-
pinionem asserit Communem esse Felin. in d. c. super questione. numer.
17. Sed haec interpretatio, nec convenit textui in d. cap. cum
Bertholdus. nec vera est. Primum etenim constat legatum
Apostolicae sedis, cuius meminit text. in d. c. cum Bertholdus,
non fuisse legatum de latere de quo Bald. Angel. & Felin. pre-
dictam concludere conclusionem. Vnde manifeste fallitur
Brunell. dum in tractat. de legato. conclus. 10. tradit text. in dict. cap.
cum Bertholdus. procedere in legato de latere: atque inibi de
eo tractari. deinde falsum est, quod delegatus legati etiam
de latere similis sit legato proconsulis. Qui quidem pro-
consulis legatus eius fere vicaria utebatur potestate: quam
etiam a proconsule acciperet, a lege tamen habebat ex nomi-
natione proconsulis: & ideo iudex ordinarius dici potuit:
sicuti de vicario episcopi superius adnotatum est. idem pro-
fecto constat, siquidem legatus proconsulis constituebatur
ad cognitionem omnium causarum in uniuersum totius
provinciae: atque idem eiusdem legati officium inter alia Ro-
manae Reipubl. munera publica connumeratur: quo fit, nil
mirum esse, quod is subdelegare possit: nam delegatus
ad uniuersitatem causarum subdelegare potest vnam aut
alteram causam, secundum glossa. in d. legatus. & in d. c. cum cau-
sam. & in d. c. super questionum. §. vero quas Doct. Communiter se-
quuntur Iaf. in l. a. iudic. num. 8. C. de iudic. Felin. in d. c. super qua-
sitionum. numer. 17. fatentur eam communem esse opinionem
Purpura in l. mo re. nu. 98. ff. de iurisdictione. omnium iudic. & inibi Curt.
lun. num. 67. licet ipse & Dec. in d. c. causam de appella. conentur
contrariam in hoc tutari sententiam, quod modo non dis-
puto: sed etenim est, non esse parem delegatum legati, etiam
Cardinalis legato proconsulis: inter quos maximum vere
discrimen est, & iure ipso palam constituitur. Est tamen ad
interpretationem d. l. legatus, observandum, quod regulariter
maxima inest differentia inter haec duo: mandare iurisdic-
tionem & dare iudicem. Nam mandare iurisdic-
tionem iudex dicitur, qui iurisdictionem suam omnem vel
speciem aliquam delegat, & generali causarum cognitioni
aliquem praeposit ipsius loco: dare autem iudicem est, ali-
cui vnam, aut alteram causam committere, aut delegare ex
his quidem causis, quae suberant cognitioni delegantis. pro-
baturque discrimen istud. in l. 1. §. vrim. cum l. sequ. ff. quis & a quo
appell. sit. vbi Soc. hoc adnotavit. col. 3. optimus text. in d. l. cum praetor
§. 1. & in d. l. legatus gl. in l. 1. §. qui mandatum ff. de offic. eius cui est man-
dat. iurisdictionis. l. a. iudic. C. de iudic. l. sepe. in fine. & l. sequ. ff. de offic. praesid.
Nec tamen in facio: quandoque ex subiecta materia verba
supradicta confundi, quod apparet ex l. vltim. ad fin. C. vbi &
apud quos l. 1. in princip. a d. fin. ff. de offic. eius, & l. placet. C. de iudic. Tan-
dem fit, ut cum potissimum differat legatus proconsulis a
delegato legati etiam a latere Rom. Pontificis destinari, ne-
quaquam huic delegato legati liceat subdelegare, quemad-
modum asseuerant Alberic. Paul. & Iafon. in d. l. a. iudic. Ro-
man. in l. & quia. ff. de iurisdictione. omn. iudic. Collect. in dict. c. cum

Bertholdus Archid. Ioan. Andr. Anch. Dominic. & Franc. in c. 2. de offic. deleg. in 6. De ci. in c. si pro debilitate. col. 3. d. offic. deleg. vbi testatur, hanc *Opinionem Communem* esse: atque dubio procul quidquid *Felin.* dixerit, hæc posterior sententia frequentiori Doct. consensu recepta est, & iure verior, tamen si *Alexand.* in l. more ff. de iurisd. omn. iud. num. 8. & Franc. in d. c. cum causam. q. 8. de appellat. Bald. & Ang. secuti, priorem existiment iure probatissimam esse. Quibus minime patrocinatur *tex. in c. 2. de offic. legat.* nam licet ex eo pares censentur proconsules, & legati Cardinales, non sic pares iudicandi sunt legati proconsulum, & delegati legatorum Cardinalium. Quamobrem aliter componenda sunt prædicta Decretalium responsa.

Et profecto quibusdam visum est, *text. in d. c. cum Bertholdus.* ex eo procedere, quod delegatus inferioris à Principe possit articulum causæ, etsi non totam causam delegare. scribit etenim *Innocen.* in d. c. cum *Bertholdus.* posse delegatum inferioris à Principe subdelegare articulum causæ, qui tamen iurisdictionem non requirat: qualis est simplex examinatio testium. idem probant inibi *Anchar. Henric. & Panorm. nume. 19.* idem *Ancha.* in *Clem. 1. num. 4. de offic. delegat.* quorum *Opinio Communis* est secundum *Felin.* in d. c. cum *Bertholdus.* vbi

delegatus non tantum subdelegavit articulum causæ absque iurisdictionis exercitio, sed & totam ipsam causam, quod colligitur ex illis verbis, præfatis Abbatis commentibus alius vices suas, ipsi subdelegati testes super prædicto articulo receperunt, à quibus dictus clericus vocem ad nos appellationis emisit. Qua quidem oratione manifestum fit, delegatos articulum sibi commissum, & totum subdelegasse, alioqui à subdelegatis appellandum foret ad delegatorem, non ad Romanum Pontificem. Quod si hæc vera sunt, quem admodum apertissimi iuris esse censeo ex c. *super q. 2. num. 5. porro de offic. deleg.* certissimum erit, minime posse admitti prædictam interpretationem. ideo forsitan magis expeditum erit, subdelegationem, cuius mentio fit in d. c. cum *Bertholdus.* nullam fuisse, nec iure potuisse fieri, & tamen de hoc in ea Decretali tractatum non est, vel ex eo quod litigantes hanc disceptationem omiserint, aut tandem, quia iam ad curiam Romanam causa delata, parum intererat de hac re tractare: imò potius oportebat de iure & meritis, ac iustitia causæ agere, quod *gloss. in d. c. cum Bertholdus.*

in d. c. cum causam. insinuat, ac sentit *Card. post alios in eodem cap. cum Bertholdus.*

FINIS LIBRI TERTII.

DIDA.

